



I  
PRO O E M I U M  
DE  
CONFIRMATIONE  
INSTITUTIONUM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
IESV CHRISTI.

M P. CAESAR a FLAVIUS IUSTI-  
NIANUS b,  
ALEM A-  
NICUS c,  
GOTTHICUS, FRAN-  
CICUS, GERMANI-  
CUS, ANTICUS, ALA-  
NICUS, VANDALICUS,  
AFRICANUS, PIUS d,  
FELIX, INCLYTUS, VI-  
CTOR AC TRIUM  
PHATOR SEMPER  
Augustus, cupidæ  
legum Juventuti S

a) Imperator Cæsar conjun-  
ctis nominibus vocatur, qui  
alias Imperator simpliciter.  
Cæterum ubi Imperator &  
Cæsar sibi invicem opponuntur, Imperator est, qui re-  
rurum potitur: Cæsar vero,  
qui Imperatori successor de-  
signatus est. fac. l. et si ex-  
cepta. 7. ibi, in comitatu  
meo vel Cæsaris collatâ in-  
script. l. nemo aruspicem. 5.  
C. de malef. & mathem.

b) Flavius est prænomen  
Imperatoris nostri: usita-  
tum illâ atate, etiam Imperatoribus & viris præstantibus  
aliis, à flavedine capillorum, ut videtur, deductum. Iusti-  
nianus est nomen ipsum, à Iustino Imperatore, hu-  
jus nostri avunculo & patre adoptivo ei inditum. Natus  
est autem Iustinianus imperium, Calendis Aprilibus, anno  
Christi 527. ut ex Nov. 47. c.r. & computatione indictio-

A

num,